

Cenomanni	Lombardia
Bergomum	Bergamo
Brixia	Bressa
Verona	Bern
Insubres	Mediolanenses
Mediolanum	Meiland
Nouaria	Nawer
Augusta Taurinorū	Turin
Centrones, mons	Cinesius, mont cinis
Forum Claudiij	Tarentasia
Placentia	Piagenza
Regium	Rezo
Bononia	Bologna
Fauentia	Faenza
Forum Liuñ	Forliuio
Tuscia	Tosconia
Florentia	Firenze
Perusia	Perugia
Acula Aquula,	Aquapendens
Vetulonium	Viterbo
Sena	Siena
Falerinum	Montflacon
Septempeda	S. Seuerinus
Firmium	Ferino
Vmbri	Spoletani
Forum Sempronij	Fossembrone
Nagnia	Narnia
Nursia	Nocia
Marsi	Aprucium
Prægutij	Abruz
Amiternum	Aquila
Lanubium	Lauinium
Peligni	Valuenses
Drepanum	Trapani
Panormus	Palermo
Agrigentum	Gergento
Syracusa	Saragosa
Aetna	Gibello monte
Pachynū promōt.	Cauo pascinio

De Dania.

Dacia seu Dania olim uocata fuit Cimbrica Chersonesus et Iutia, fuitq; tunc sub ditione Saxonū. At illi iugū abh̄cientes elegerunt propriū regem. Hi itaq; quinquaginta annis ante Christū natū exierūt cum uxoribus & filijs terrā suā, petituri nouas sedes, & transmisso Rhenō apud Vuestphalos, acceperūt multas ex Gallia gētes

secum, petentes Italiā. Et priusquā per Alpes Italiā attingerent, longo circui- tu transeūtes Macedoniam & alias re- giones uastauerunt: quibus cū Roma- ni obuiare contenderent: cēsa sunt ab eis 80. millia peditū, calonum uero atq; līxarum 40. millia. Et id uocatur apud scriptores Cimbricū bellū. Deinde ua- stata Ethtruria & omnibus locis circa Rhodanū, tandem cum Cimbri se diui- sissent à Teutonibus & Gallis, quibus prius sociati fuerant, Cimbri à Roma- nis apud Athesim, Teutones uero sub alpibus ad AQUAS sextias occisi sunt. Sub Henrico primo atq; filio eius Ot- tone magno, conuersi sunt Dani ad fi- dem Christianam, fundatiq; apud illos tres episcopatus, uidelicet in Sleswic, in- Riped & in Aldenburg Hollsatia. Est Dania peninsula, que, ut diximus, Cim- brica uocatur, cōprehenditq; regnum illud plurimas insulas, inter quas tenet primas Selandia, in qua est Coppenha- gen regia sedes illius regni, deinde est Fionia, Islādīa, & Orcades insulæ. Ob- tinuit quoque circa annū Christi 1398. rex Danie alia duo propinq; regna, Noruegiam & Sueciam. Ultra Nort- uegos sunt homines semiferi & quasi bestiales, quos uulgo Lapones uocat, cum quibus nullum commertium lin- guę nauigantes habent, sed signis tan- tum & nutibus cōmutare ferunt. Islan- dia sonat glacialem terram, appellata à ueteribus Thyle, extenditq; inter Austrū & Boreā 200. prope germanis- corum miliariorum longitudine. Scri- būtur multa mirabilia de ista insula, in- ter quę numerat rupes illa, quā uocant Hegleberg, quę perpetuos spirat ig- nes, putaturq; carcer esse sordidariū ani- marū. Cōperiuntur etiam illī spiritus se exhibentes manifestos humanis mi- nisterijs. Submersorū siue alio uiolēto casu enectorū spectra se se offerūt con- gressibus notorum hominū tam mani- festa, ut tanquā uiuentes accipiātur ab ignaris mortis, illorū data dextra, nec deprehēditur error priusquā spectrum disparet. Ab his septentrionalibus re- gion.